



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.39. Sessio ultima. Constantino & Irene præsentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. *ra veritatem nos docens dicit: Dominum*
 A. C. 787. *Deum tuum adorabis & illi soli servies.*
 Gen. 33. 7. *Adoratio ponitur in Scriptura indefinite*
tanquam vox æquivoca, quæ etiam aliis
competere possit; sed ad Deum solum re-
stringit latrnam, quem cultum soli Deo
tribuimus. Huic Epistolæ nonnulli Tex-
tus Patrum juncti erant.

§. XXXIX.

Sessio ultima Constantino & Irene
præsentibus.

p. 590. *Imperator & Imperatrix accepta Episto-*
la ad Tarasium Patriarcham litteras
dederunt, quibus mandabant, ut omnes
Episcopos Constantinopolim perduceret,
cumque advenissent, diem illa præstitit,
nempe vigesimum tertium Octobris e-
jusdem anni 787. quo congregarentur
& ipsa eorum conventui interesset. Hac
igitur Sacræ Synodi Sessio ultima fuit
Constantinopoli in ædibus Magnauria-
nis.

p. 591. *Imperatrix cum Filio Imperatore*
primo loco confedit. Patriarcham deinde
Principes invitarunt, ut primus loque-
retur, ipsi quoque locuti sunt, & Epis-
copi magnis acclamationibus responde-
runt. Tum Imperator & Imperatrix
Concilii Decretum recitari præcipiunt,
& interrogant, an omnibus consentien-
tibus fuerit publicatum; quod Episcopi
sapienter

sæpius acclamando professi, Anathema-
 tismos in præcipuos Iconoclastarum re-
 petierunt. Mox Patriarcha Imperatori
 & Imperatrici obtulit Librum, quo Con-
 ciliii Definitio continebatur, rogans ut
 subscriberent. Imperatrix Irene eum
 prior accepit, & postquam subscripsisset,
 eundem Constantino Imperatori Filio
 suo tradidit, qui & ipse subscripsit. Li-
 bro postea per manus Stauracii Patritii
 Patriarchæ reddito præcipiunt, ut Tex-
 tus Patrum Niceæ lecti & quartæ Ses-
 sioni inserti recitarentur, scilicet, ex Pa-
 negyrico S. Meletii a S. Chrysofomo
 composito, ex Panegyrico S. Euphemie
 Auctore S. Asterio Amaseensi, ex Tracta-
 tu Joannis Theffalonicensis contra Pa-
 ganos, ex Epistola S. Simeonis Stylitæ ad
 Justinum Imperatorem, ex Epistola S. Nili
 ad Olympiodorum, & sextæ Synodi Ca-
 non vigesimus octavus. Inde dispici-
 mus, qui Textus ad convincendos Ico-
 nomachos maxime idonei habiti fuerint.
 Hæc Actio publice celebrabatur, nam
 populus militesque impleverant Pala-
 tium. Lectione finita cuncti præsentés
 commoti veritatem agnoscere videban-
 tur, sæpiusque acclamarunt Episcopi, cui
 populus pari clamore respondebat. Tan-
 dem Imperatrix Episcopos donis cumu-
 latis ad sua dimisit. Hic fuit exitus Sy-
 nodi Nicenæ secundæ, Oecumenicæ se-
 ptimæ,

Sæcul. VIII.
 A. C. 787.

p. 594.

Sæcul. VIII. ptimæ, cuius Græci in suo Menologio duo-
 A. C. 787. decimo die Octobris mentionem faciunt.

§. XL.

Canones septimæ Synodi.

In Synodo Universali Nicena viginti duo
 Canones conditi. In primo autem
 præcipitur, ut omnes antiqui Canones
 observentur, nimirum Canones Aposto-
 lorum, Canones sex Conciliorum tam
 Universalium, quam Provincialium, &
 Patrum. Qui ad Episcopalem gradum
 provehitur, Psalterium omnino noverit,
 eumque Metropolitanus examinet, an
 prompto paratoque sit animo ad legen-
 dos Canones & Sacram Scripturam, cui
 vitam moresque suos conformet, & po-
 pulum instruat. Nimirum Iconoclasta-
 rum Christianos persequentium furor pro-
 hibissimos quosque ad se remotissimis in
 locis occultandum coegerat, unde rusti-
 cos mores contraxerant, studio litterario
 incumbendi commoditate privati. Hinc
 satis est Patribus Concilii exigere, ut
 summe necessaria sciant, & cetera discere
 cupiant. Examen, quod Ordinationi
 Episcoporum præmittitur, hujus Dis-
 ciplinæ vestigium esse videtur.

Electio Episcopi, Presbyteri, aut Dia-
 cono facta Magistratus Auctoritate se-
 cundum Canones semper nulla sit. E-
 piscopi sub quocunque prætextu aurum
 vel

tom. 7. Conc.

p. 595.

c. 2.

Bals. hic.

c. 3.